



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Decretum. XXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

Decretum. XVII.

Missarū in vnaquaque ecclēsia in finis dībus dīstributio. **S**I in eadem Ecclesia certis hebdomadī diebus cōplures Sacerdotes Missarū facere aliqua ratione causa-ve debet; si, qui illi Ecclesiæ Rector p̄est, vel si Ecclesia est collegiata, Sacrista certos eis dies arbitratu suo p̄ficerat; quibus diebus illorum vñusquisque in ea Ecclesia Missarū sacrificium faciat.

Illudque Rector aut Sacrista curet, vt singulis si fieri potest diebus, Missarū totidem, nisi aliter testator cauerit, celebrentur.

Quā præterea Ecclesia ita angusta atque exigua est, vt vno tempore plures Sacerdotes in ea celebrantes mutuo se audiant, alterque alterum facilè perturbare impedireve possit; ne eodem tempore plures quam duo Missarū facient, vñusquisque ab altero, quam longe fieri potest, distet; idque omni tempore, tum maximè seruetur, cum vel exequie, vel dies festus, vel Indulgentiæ in ea Ecclesia celebrentur.

Decretum. XVIII.

IN collegiata Ecclesia, vbi Domini-
cī festisq; alijs diebus Missa conuentua
lis ritu Ambrosiano fieri solet, vetus ille
ac perpetuus huius Ecclesiæ ritus ser-
uetur, vt eidem Missarū sacro adscripta le-
ctio ante Epistolam canatur, & is item
quem vocant, Psalmellus.

Decretum. XIX.

Quibus in ecclēsijs ritu Ambro-
siano, vel Romano ce-
lebrandum.
Si.

IN Ecclesijs Collegiatis, aut Parochialibus, Oratorijsve, aut Capellis, quæ in illis sitæ sunt parochij, vbi ritu tantum Ambrosiano celebrandum est, Missarū sacrum more Romano ne fiat.

In iis verò huius diocesis loci, vbi ritu solum Romano Missarū aliaque diuina celebrantur officia, ritu celebrentur non Ambrosiano sed Romano.

Neque alijs ad ea peragenda, celebran-
dave libris quisquam vtatur, quam &
Breniarior, et Missalij Pij V. Pontificis
Maximi iuslū editis.

Decretum. XX.

Sexta feria in quadrag.
VT Ecclesiæ Ambrosianæ ritus ab
Missarū facrū vñiuersis & singulis eiusdem Ecclesiæ
ne fiat.

Sacerdotibus retineatur et conserue-
tur; ne Sacerdos vñllus qui ritu Ambro-
siano Missarū facrū facere debet, id per
Quadragesimam sextis férijs, ne in re-
gularium quidem Ecclesijs faciat, etiam
vel funeris, vel exequiarum, vel alte-
rius cuiusvis rei oblata causa.

Qui verò Sacerdotes, quamvis Ambro-
siana Ecclesiæ aliquo modo addicti, ri-
tu tamen Romano facrū facere solent,
in Ecclesijs, vbi more Romano fit, ijs in-
terdictum ne sit.

Decretum. XXI.

QVICIP Cappellas obtinent, non alijs co-
rum nomine, sed ipsi Missas diuinæque
officia in Cappellis celebrent, quæ pre-
stare debent illarum Rectores; nisi a-
liud ecclesiasticum beneficium obti-
neant, quod residentiam requirat, in
coquæ residentes huic muneri vacare
non possunt; aut ex earum Cappellarum
erectione donatione, aut legato vel
donatione, aut facultate ab Archiepi-
scopo impetrata, etiam per alium id mu-
neris explere possint; aut alias sint legiti-
timè impediti.

Singula autem, ob que Capellanus se ab
hoc munere immunem afferat, ab Ar-
chiepiscopo probentur.

Decretum. XXII.

SI ad Missarū faciendum, ad
aliaque diuinæ officia peragenda in diei
Festi celebritate, aut in funere, Sacer-
dotes alienæ Diocesis conuocandi ali-
quando sunt; ijs solum ad ea diuinorum
officiorum ministeria adhibeantur, qui
a suo Ordinario testimoniales aferunt
literas, quibus id perspicuum sit, eos a
Missarū faciendo, a diuinorumque
officiorum munere non esse suspen-
tos.

Iudem præterea clericali & tonsura
& vestitu eo sint, qui reliquis diocesis
huius clericis prescriptus est: iisque ip-
si item à Vicario Foraneo qui illius re-
gionis curam gerit, ante probati sint
idonei ad Missarū facrū, & diuinæ offi-
cia ritu Ambrosiano celebranda; si mo-
dò in ijs Ecclesijs vbi tunc celebren-
dum erit, eo ritu diuinæ peraguntur of-
ficiæ.

Cappellani
ipsi p se in
suis cappel-
lis celebret.

Sacerdotes
alienæ dio-
cessis ne ce-
lebrent sine
testimonia-
literis.

D-